

P R A X I S
R E R V M C I V I L I V M, P R A E
T O R I B V S, P R O P R A E T O R I B V S, C O N
S V L I B V S, P R O C O N S V L I B V S, M A G I S T R A T I
B V S, R E L I Q V I S Q V E I D G E N V S I V S T I T I A R I I S,
ac Officiariis, in quacunque Republica Forensem
administrationem assumentibus, apprimè vti-
lis & necessaria, cum nonnullis Ico-
nibus materiae subiectæ
conuenientibus.

A V C T O R E C L A R I S S. V I R O D O M I N O I O D O C O
*Dambouderio, Brugensi, Equite aurato, V. I. Doctore, quondam Casareo, nunc
Hispaniarum Regis Philippi Consiliario, atque eiusdem Regis per totam Belgiam
Financiarum Commissario.*

Capitum, Titulorum, & Materiarum omnium, quibus singula
commodissimè inueniri possint, adiectus est Index copiosissimus.

E I V S D E M E N C H I R I D I O N P A R I V M, A V T S I M I
*lium vtriusque Iuris, omnibus Praxeos Studiosis, aut in Foro Publica Rerum admi-
nistracione fungentibus admodum vtile ac necessarium.*

P S A L M O. L V I I.

Rectè iudicate filij hominum.

Errat, qui iudicat priusquam intelligat.

A N T V E R P I A E,

Apud Ioannem Bellerum sub
Aquila aurea.


1 5 6 9.

C V M P R I V I L E G I O R E G I S.
Coll. Soc. I E S V Salm. ex don. Regum.



Num. 43. cap. 8.
Num. . 23.





Coll. Sec. Lib. Sal. ex Gene. Legum.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

ESTIOTTA
PT. 4
LIB. DE SAL.

LIB. DE SAL.

ILLVSTRISSIMÆ PRIN-
CIPIS, D. MARGARETAE AB AVSTRIA,
DUCISSÆ PARMENSI, PLACENTIÆ, CASTRI, CI-

*uitatis Dipeuue, Campi, Ducalensis, Monterealis & Lionessa, Principi Alsa-
mura, Marchionissa Nouara, Baronissa Rocca Gulielma, Domina
Castelle Maris, totiusque Belgie, siue inferioris Germanie per
Regiam Maiestatem Gubernatrici generali, Iodocus
Dambouderius Brugensis, pacem, ac fœ-
licitatem omnem exoptat.*



Voties de statu Reipub. nostræ Belgicæ, Princeps
clarissima, cogito (cogito autem frequenter) non
possum satis ipsius gratulari felicitati, quæ sola
hactenus tam florulenta, ditata, atque omni pe-
ne felicitatum exoptandarum genere, veluti triumphans,
præ cæteris circumiacentibus tum insulis tum regnis ora-
ta, à bellorum cladibus, à dissidiorum voraginibus, & à mul-
tis Reipub. perniciosis corruptelis, quasi munita, & circum-
septa extiterit. Quæ quidem mala, vicina regna nostræ,
non tantum non exagitarunt, aut viciarunt: sed propemo-
dum perdiderunt, & extinxerunt. Renoco in memoriam,
quanta rerum omnium vbertate, ac felicitate ab hinc quin-
quaginta annis floruerit nobilis isthæc superior Germa-
nia, Romani imperij sedes, vt rutissima, ita non minus vn-
dique beata, priusquam bellis intestinis efferuescere, & vhi-
co Principi suo Imperatori Carolo Quinto, patri tuo augu-
stissimo reniti cœperat. Ex eo namque tempore, & ex hac
inobedientia, quantis malis concussa, quot cladibus vexa-
ta, quot tumultibus attrita fuerit, non tam historiz, quam
recens memoria nobis omnibus testatissimè common-
strat. Recolo insuper fortunatissimam illam Angliam ab o-

PRAXIS RERVM CIVILIVM, PRÆTORIBVS, PROPÆ-

TORIBVS, CONSVLIBVS, PROCONSVLIBVS,

Magistratibus, reliquisque id genus Iustitiarijs ac Officiarijs,
potissimum in Flandria, & in summo Mechilinensi

Consilio forensi administrationem

assumentibus, apprimè utilis

& necessaria.

*AVTHORE CLARIS. VIRO D. IODOCO
Dambouderio, Brugensi, Equite aurato, V.I. Doctore, quondam Cesareo, nunc
Hispaniarum Regis Philippi Consiliario, atque eiusdem Regis per totam
Belgiam Financiarum Commissario.*

CAPVT I.

Quæ personæ necessariae in Iudicio.

Summa.

- 1 In Iudicijs tres personæ necessariae.
- 2 In Curijs Feudorum Flandriae, ac alijs ibidem cōsistorijs, quarta persona est necessaria.



N rebus civilibus non
secus quam in rebus
criminalibus, hoc est, in
omnibus iudicijs tres
omnino personas adesse
necessum est, scilicet:

Actorem, Reum & Iudicem. Actoris
est intendere, obijcere, & expetere. Rei
est intentata infirmare, obiecta refelle-
re, & petita cum iuris æquitate negare.
Ad hos duos colligates accedit Iudex
intermedius, qui veramque personam
æquis & benignis auribus audit, & re-
quisitus æquam iustitiam administrans
alterutri sententiam pronūciat, alterum
damnans, alterique iustitiam adiudicās
vt l. In tribus & l. Inter litigantes, & ibi
Bartho. ff. de iudic. & Specu. in princip.
post proemi. & titu. De comparitione

in termino. versic. penult. & titu. De in-
terrogat. quæ fiunt ante litem contesta-
tam c. 1. 4. q. 4. & c. Forus. extra de ver-
bo significat. & D. Placentinus titulo 8.
de Iudice & iudicijs, nu. 1. In Curijs ve-
rò feudorum Flandriae, & in omnibus
eiusdem cōsistorijs (vulgo *Vierscharē*)
oportet adesse quartam personam, eamque
necessariam, scilicet, Dominum moni-
torem aut requisitorem, quem vulgus
vocat (*den Maendere, oft Maenderbeere*)
nam nisi hæc persona adsit quæ Iudicem
ad ius dicendum moueat, nec pares cu-
riae (vulgariter) homines feudales, nec
ipsi Scabini vellent, aut possent ius fa-
cere, aut dicere. Quæ consuetudo. imò
quod ius ipsum per totam Flandriam
peculiariter obseruatum esse nemo est
qui dubitare poterit

A

CAPVT